PSALTERIUM
St. Gallen oder Regensburg, 2. Drittel 9. Jh. Seite 5r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36814
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



fons uitę & lux luminis.
Concede mihi inpręsenti
uita ueram pęnitentiā
de peccatis meis. & inbo
no perseuerantiam ⁊
Dn̄e exaudi orationem
meam qui uiuis & reg
nas ds̄ insęcla sc̄lorū am̄ ⁊

CONFESSIO PECCATOR̄

MISERATOR ET MI
sericors ds̄. qui &
barbaros uis saluare.
& ad agnitionem ueri
tatis uenire. Ad te con
fugio fidelium salua
torem. Miserere mihi
quia te plurimum ex
acerbaui. & inimico
consentiens. congaude
re eum feci. quia in mor
tem peccati decidi ⁊
Tu dn̄e qui & impiis & his
qui sunt sine misericor
dia misereris. & prox
imis misericordiam im
pendis. miserere humi
litati meę ⁊ Apud te
enim dn̄e. nihil ē impos
sibile. fac misericordi
am figmento tuo. quia
benignus & misericors
es. qui & corpora homi
num in die resurrecti
onis resuscitaturus es ⁊
Exaudi me dn̄e quia de
fecit sp̄s meus. & infelix
anima mea, tabefactū
est etiam corpus meū
propter immunditiam.
etiam uiuere non sum
dignus propter iniqui
tatem meam ⁊ Ignos
ce mihi dn̄e pęnitenti
peccata mea. uiuifica
me in misericordia tua.
& tribue mihi cor contri
tum & humiliatum qd̄
non despicis ⁊ Da fidu
ciam misericordię & in
dulgentię tuę ut resi
duum tempus uitę qd̄
mihi donaueris tua man
data custodiam. & ati
more tuo numquam re
cedam. sed ut deuote
tibi deseruiam. & uolun
tatem tuam sincere p̄fi
ciam. Parce mihi dn̄e.
quia tuę bonitati confi
teor omnia peccata mea
coram sc̄is angelis tuis &
coram iustis hominibus ⁊
Dn̄e miserere mei. ut &
alios erudiam. & ad ser
uitium tuum sc̄m perdu
cam ⁊ Dn̄e uiuifica me
& conforta in uolunta
te tua. & perseueranti
am boni operis tribue
mihi. & cautelam ne
cessariam contra om
nes insidias inimici. sci
entiam quoque & forti
tudinem eius temptati
onibus resistendi ⁊
Misererere mei & exaudi
me dn̄e ds̄ meus. qui ui
uis & regnas in sęcula
sęculorum amen ⁊

ITEM CONFES̄ PECCATOR̄

DS̄ INAESTIMABILIS
misericordię. Ds̄ im
mense pietatis. ds̄ con
ditor & reparator hu
mani generis. qui con
fitentium tibi corda pu
rificas. & accusantes se
ante conspectum diuinę
clementię tuę ab om
ni uinculo iniquitatis
absoluis. uirtutem tuā
totis exorogemitibus.
ut secundum multitu
dinem miserationū tu
arum de omnibus pec
catis meis. de quibus
mea me accusat con
scientia. puram mihi
concedas coram te age